

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

Schulte, Aloys

Straßburg, 1884

1312 - 1313

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

legavit cuilibet fratri conventuali dicte domus 6 den. Arg. percipiendos statim post ejus obitum, apud quam quidem domum suam elegit ecclesiasticam sepulturam. actum 3 kalendas januarii, a. d. 1312.

1312 Dezember 30.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 62 fasc. 6. or. mb. c. sig. pend.

Entscheidung
über Lehens-
streitigkeiten.

735. Kaiser Heinrich VII befiehlt dem Friedrich von Wangen, den Godelmann von Dorsweiler wiederum in den Besitz einer Mühle in Hagenau zu setzen, dessen er auf Veranlassung eines Strassburger Goldschmieds entsetzt war. Im Lager bei San Casciano.

1313 Januar 13.

Heinricus dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Frederico de Wangen, fideli suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. ex parte nobilis viri Godlmani de Dorswilre nostri dilecti fidelis nobis expositum extitit querolose, quod ad cujusdam aurificis Argentinensis instantiam et procuracionem minus justam et absque causa rationabili qualibet a possessione cujusdam molendini siti in Hagnoe, quod idem Godlmanus a nobis et imperio tenet in feodum, sit ejectus, super quo petivit a nobis salubri sibi remedio provideri, disponentes itaque juxta commissi vobis officii debitum in jure suo quemlibet defensare, de presentia quoque tue legalitatis et circumspectionis industria plenius confidentes, tibi vices nostras in hac parte duximus committendas fidelitati tue mandantes pariter ac volentes, quatenus, si est ita, dictum Godlmannum in possessionem pristinam molendini predicti restituas, ac de perceptis fructibus seu pensionibus in ipsius injuriam medio tempore facias idem per satisfactionem condignam integre responderi. si vero dictus aurifex vel alius aliquis actionis quippiam contra memoratum Godlmanum super dicto molendino suisque juribus monuerit, utriusque convocatis partibus causam audias, cognoscas, examines et debito fine decidas, faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari presentium^a testimonio literarum. datum apud sanctum Cassianum in castris supra Florentiam, idus januarii, anno domini millesimo trecentesimo tertio decimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo⁴.

Aus Strassb. Bez. A. C 308. cop. chart. s. XVII mit entstellter Rechtschreibung.

Verkauf.

736. «Notum sit omnibus presentes literas inspecturis, quod cum ego Burkardus dictus Kettener, civis Argentinensis, procurator fabricæ ecclesie sancti Thome Argentinensis, edificia dicte ecclesie reparare seu reedificare incepimus nec ad hoc perficiendum habeam sumptus necessarios², ideo ad hujusmodi edificia reparanda exigente utilitate et necessitate cogente dicte fabricæ vendo et me vendidisse presentibus confiteor jus utendi fruendi seu utifruendi agrorum frugiferorum dicte fabricæ Fritzemanno dicto Spies, clerico Argentinensi, pro viginti una marca argenti puri et legalis ponderis Argentinensis ad vitam ipsius Fritzemanni.» agri siti sunt in banno ville Scheflingesheim. capitulum dicte ecclesie consentit. actum a. d. 1313, 3 kalendas februarii³.

Januar 30.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 20 (Titres). or. mb. c. 3 sig. pend. delaps. Nach Registrande A fol. 170 zum Teil abgedruckt bei Schnéegans l'église de s. Thomas, S. 56 note 53.

a) cop.: presentis.

¹ Schon vorher hatte König Heinrich denselben Befehl an Fredericus de Wangen, nobilis viri Joffridi de Leiningen, advocati provincialis per Alsatiā, substitutus erlassen, ohne dass jedoch in der Urkunde des Strassburger Goldschmiedes besonders gedacht wurde. «datum in castris ante Florentiam, 3 nonas octobres, anno domini 1312, indictum 11, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.» (Oktober 5). Abschrift ebendasselbst. ² Es ist mir sehr zweifelhaft, ob dieser Burkard Kettener wirklich Baumeister war, und nicht vielmehr einfacher Vermögensverwalter der Fabrik. Die Nachrichten, welche Königshofen über ihn bringt, basiren alle auf unsern Urkunden, sind also nahezu wertlos. Vgl. Kraus, Kunst und Altertum in Els.-Lothr. I, 525. ³ Der Käufer verkauft sein Anrecht wiederum der Fabrik von s. Thomas (Johanni scolastico ejusdem ecclesie nomine fabricæ ementi). 1330 Oktober 17. Transfix an der Haupturkunde.